

3 quia dilationem + alimenta non patiuntur jure merito in causis alimentorum breviores termini assignantur. Author hic n. 4 & 5. cum adductis per Guilh. Anth. de rescript. & morat. conclus. 40. n. 7. & consil. 42. n. 14. Menoch. de arbit. cas. 52. n. 12. Borell. consil. 71. n. 37. Caren. resol. 49. n. 8. Bim. consil. 167. n. 20.

Et causa alimentorum non solum habet hoc privilegium, quod respectu ordinis summaria sit, ac summarie tractanda, sed etiam respectu probationum * ex quo leviores probationes & semiplena presumptiones etiam, & indicia in causis alimentorum sufficiant, ut post alios considerat Author hic num. 6. Laurent. Urfell. dicta conclus. 89. n. 16. Cavaler. decis. 245. n. 3. Monach. decis. Bonon. 5. n. 6.

Cum declaratione tamen quod praedicta sibi locum vindicent quoad alimenta de praesenti, aut in futurum debita, siquidem respectu praeteritorum * pro illorum consecutione privilegium aliquod non competit, & via ordinaria iudicium instrui debet ex notatis per Authorem hic nu. 7. Menoch. de praesumpt. quest. 35. n. 30. lib. 1. Leoncill. de privileg. pauper. 22. n. 38. & privileg. 23. sub n. 21. vers. ubi etiam generaliter, & passim dictum fuit. Franc. decis. 203. n. 2. Thesaur. decis. 44. sub n. 1. vers. tamen omnis favor. Merlin. Pignat. contror. 61. n. 20. & contror. 62. n. 13. cent. 1. Ripol. var. resol. cap. 5. n. 235.

Retentio insuper themate paupertatis praedicta procedunt, ex quo sine ipsa alimentis + privilegium aliquod non debetur ad notata per Authorem hic num. 8. Barbof. allegat. 82. nu. 11. Gen. in prax. Eccles. tricen. 14. quest. 391. n. 4. ubi tamen concludit, quod etiam si alimenta + diviti debentur adhuc privilegiata praesistant. Monach. decis. Bonon. 21. n. 8. & seq. Leoncill. de privileg. pauper. 23. n. 2. part. 2. & dixi in cap. praecedenti in principio. Et praesupposita paupertate qualitercumque debeantur alimenta habent privilegium, ut in eis procedatur summarie ac de plano quemadmodum diximus.

In hac materia alimentorum ex eo, quod pater conventus a filio pro alimentis neget filiationem, aut e contra filius a patre pro alimentis conventus neget paternitatem, ac superinde aliqua cognitio praecedere habeat, non ideo sequitur, quod exinde litis contestatio in causa alimentorum idem illa cognitio legitimatorem personae + respiciat in quocumque iudicio quantumvis executivo, summario ac privilegiato praerogatur dixi allegat. 34. n. 10. lib. 2. & allegat.

37. n. 28. lib. 3. Jo. Ant. ab Eccles. observat. 39. n. 12. & 13. lib. 1. & ad rem optime Lanfranch. Zachar. de salar. quest. 91. n. 52. Rot. coram Othob. decis. 95. n. 13. Jo. Baptista Antonell. consil. 40. n. 16. & seq. Mart. Ventur. consil. 50. n. 112. Fontanell. decis. 448. n. 3. & seq. Cenc. de cens. quest. 95. n. 14. Zacch. de Cam. obligat. quest. 34. n. 22. & post tract. Rot. decis. 76. n. 6. & coram Merlin. decis. 553. n. 16. Author tom. 6. contror. cap. 136. n. 67. Olea de cess. jur. tit. 6. quest. 9. n. 1. Mart. Medic. decis. Senen. 13. n. 16.

Legitimatio autem personarum ante litis contestationem + praecedere debet, ex quo de personis prius agitur, antequam juris ratio habeatur. Bart. in l. si duo 93. sub n. 3. vers. quia alias sua persona non est legitima, ff. de solut. & liberat. & in l. qui stipendia 9. sub n. 3. vers. & sic persona debet prius legitimari. C. de procurat. Corn. consil. 332. sub n. 3. vers. nisi prius legitimarentur personae agentium lib. 1. Jo. de Amic. consil. 24. n. 4. Cartar.

decis. 63. n. 17. Mantie. decis. 204. nu. 15. Ofalc. decis. 1. sub n. 35. vers. primum de personis quaerendum est. Gail. practie. observat. 97. n. 13. in fin. lib. 1. Roland. consil. 46. n. 1. lib. 2. Afin. in prax. §. 28. cap. 1. n. 2. Schrader. de feud. part. 10. in praamb. n. 30. & seq. Jo. Baptista Antonell. consil. 59. n. 19. Post. de manutent. observ. 80. n. 6. Guilh. Anth. de rescript. & morat. concl. 11. nu. 3. Thomat. decis. Macerat. 52. nu. 5. & 6. Carlevar. de judic. lib. 1. tit. 2. disput. 4. n. 11. ubi distinguit inter agentem nomine proprio + quo casu non est necessarium, ut initio iudicii, & ante litis contestationem personam suam legitimet, & inter agentem nomine alieno, in quo necessarium est, ut in principio litis, & ante illius contestationem legitimatorem propriae personae uti pro alio comparentis, aut alium representantis faciat, ut latissime prosequitur Carleval. de judic. lib. 1. tit. 2. disput. 4. n. 27. sed huiusmodi distinctio solidum non videtur habere fundamentum, siquidem agenti simpliciter nomine proprio, praesens questio non applicatur, nisi ratione qualitaris extrinsecae, aut supervenientis ad ejus personam, vigore cuius ageret, vel alterius nomen sustineret, tunc enim non audiretur in meritis, nec in iudicio admitteretur, nisi ita demum justificata qualitate, cujus cognitione pendente lis interim nullatenus contestatur.

Super qua legitimatorem personarum veluti, quod quis sit filius vel pater, summarie quidem proceditur, non tamen per hoc tollitur, quin praedicta discussio libellum, + litis contestationem, & probationes requirat, saltem leviores, imperfectas, ac conjecturales, ut subjungit Author hic n. 9. & diximus in annot. ad cap. 3. §. filiatio. Merlin. decis. 488. n. 2. & seq. & decis. 658. n. 1. & decis. 797. n. 1. & seq. Sperell. decis. 173. n. 8. & decis. 174. n. 102. & 103. Altograd. consil. 7. n. 5. lib. 2. Rot. coram Othob. decis. 137. n. 16. & 17. ubi quod praesumptionibus, & conjecturis filiatio etiam contra tertium probetur, & decis. 251. n. 18. & seq. ubi quod id maxime succedat ad effectum successionis late Bardellon. consil. 52. ex n. 11. ac per totum dixi allegat. 75. nu. 11. lib. 3.

Verum tamen quod etiam ad effectum successionis filiatio per plenas probationes probari debeat concluditur * pluribus exornat Author contror. rs. lib. 3. cap. 27. n. 21. & tom. 5. c. 104. ex n. 2. & hic n. 10. cuius opinionem sequitur Rot. decis. 289. n. 1. part. 1. & decis. 146. sub n. 9. vers. atque haec eo magis procedunt part. 2. & decis. 314. n. 18. & 19. part. 6. recent. & in Farfen. fideicommissi de victoriis 5. Maii 1655. §. ultimus ex descendibus, & vers. & privandi bonis; ubi quod eo fortius istud intret quando agitur contra tertium coram Zarate. Quapropter auctoritates in appositum adductae, vel procedunt, quando agitur de praedictis reparabili, vel quando versantur in conjecturis adeo vehementibus, ex quibus filiationis concludens probatio resultet, vel sumus in possessorio duntaxat.

Abscindendo tamen a praedictis in eo conveniunt omnes, quod ad effectum consequendi provisionalem pro alimentis * qualis qualis probatio filiationis sufficiant, quemadmodum declarat Author hic n. 9. Rot. decis. 499. n. 1. ubi quod existens in quasi possessione filiationis alimenta consequatur part. 1. divers. Gratian. discept. 567. num.

nu. 24. Burat. decis. 756. n. 4. Rot. decis. 289. sub nu. 1. vers. & licet, & decis. 444. sub n. 9. part. 1. & decis. 314. n. 19. & seq. part. 6. recent. & post alios dixi allegat. 111. n. 4. lib. 3. ubi aliae Rotae decisiones impressae habentur.

Probata vero filiatione, aut paternitate, non quidem plene, ac concludenter, sed praesumptive, succedit postea conclusio superius firmata quod absque libello, litis contestatione * aut alio iudiciali actu alimenta per modum provisionis a Iudice decernantur, quemadmodum diximus supra, & facient tradita per Lanfranc. Zacch. de salar. quest. 91. n. 57. Molin. de primog. lib. 2. cap. 16. num. 39. Galupp. in prax. part. 2. cap. 2. num. 55.

Tandem Author in fine hujus capituli concludit quod in causa dotis + tamen si summaria, requiratur libellus, litis contestatio & probationes plene ac concludentes per fide dignos, habiles & majores omni exceptione fieri debent, nam causa dotis exigenda, aut restituenda summaria dicitur respectu ordinis, sed non respectu probationum. Verumtamen non ita de plano conclusionem procedere existimarem, cum enim

dos + pauperi potissimum relictae praesens causa equiparetur Gratian. discept. 700. n. 11. Amat. dec. Ferrar. 24. n. 7. & seq. Minsynger. observat. 3. n. 7. cent. 3. Leoncill. de privileg. pauper. 94. n. 1. & seq. Sperell. dec. 156. n. 37. & prius dec. 81. n. 26. cum adductis per Lanfranc. Zacch. de salar. quest. 36. n. 4. & 5. Guilh. Anth. de rescript. & morat. conclus. 41. n. 3. Suid. decis. 298. n. 9. Usque adeo ut non desint, qui volunt dotem magis * privilegiam ceteri quam Alimenta Bald. Novell. de dot. part. 6. privileg. 4. Constant Roger. de dot. §. 2. num. 5. Tiraquel. de primogen. quest. 62. sub num. 5. vers. imo verò. Baldaxar. de Angel. ad Gozzarel. decis. 50. num. 3. Guilh. Anth. de rescript. & morat. concl. 41. num. 6. Treutler. consil. 37. num. 189.

Ex quibus optime concluditur etiam causam dotis summariam ceteri ita ut termini, & * dilationes habeant abbreviari, ut quanto citius expediat. Cels. Hug. consil. 50. n. 4. & per totum Leoncill. de privileg. pauper. 383. n. 4. ubi tamen, quod in causa dotis quoad substantialia iudicii * procedatur ordinarie, & decis. Ferrar. 50. nu. 11. Jo. Ant. ab Eccles. observ. 39. nu. 20. & 22. ubi quod pro utraque parte probationes, & defensiones admittantur, licet quoad ordinem iudicii procedatur summarie. Spad. consil. 214. n. 7. lib. 2. ubi quod favore dotis admittantur probationes a verisimili, & a communiter accidentibus. Rip. var. resol. 5. n. 240. Guilh. Anth. de rescript. & morat. concl. 41. nu. 15. vide quae diximus in annot. ad cap. 8. in fine.

CAPUT V.

SUMMARIUM.

- 1 Servo alieno legatum valide relinquitur.
- 2 Servus si a Domino instituat hares, ultra hereditatem consequitur libertatem.
- 3 Servis valide alimenta relinquantur.
- 4 Minores de observantia bona acquirere non possunt. Fallit ut num. 5. Alimenta quotidie mendicare coguntur num. 6. officium iudicis non implorant nisi pro elemosyna fabricae, & aliis necessitatibus, n. 8.

5 Eques Hierosolymitanus Ecclesiae patronus alimenta ab ea non consequitur, sed a Religione.

9 Legatum pro emendis libris relictum minoribus de observantia subsistit.

10 Pontifices dispensant aliquando Minores de observantia ad effectum consequendi legatum.

FIRMATO hic per Authorem, quod servo legatum, nec fideicommissum relinqui possit, quod tamen ita simpliciter prolatum subsistere non videtur, quoniam servo etiam alieno legatum * relinquitur. Pichard. §. alienus quoque nu. 9. institut. de haeredibus instit. Si autem a proprio Domino instituat hares * ultra haereditatem, libertatem quoque consequitur. Pichard. §. servus autem n. 9. instit. de haeredibus instit. Leoncill. de privileg. pauper. 174. n. 2. Insuper quod servi alimenta valide relinquantur * eaque officio iudicis etiam contra dominum consequi valeant: deportatis quoque, & damnatis alimenta relinqui posse subjungit hic a n. 3. ad 8. Cavalcan. de usufruct. sub n. 238. vers. alimenta vero, & seq. Peregr. de jur. fisc. lib. 5. tit. 1. n. 123. latissime Caball. resolut. crim. 222. n. 7. & per totum, ubi pluribus exornat, & quando conclusio non procedat casus indicat Paqualig. quest. moral. 245. n. 3. cent. 3.

Professi in religione Minorum de observantia Sancti Francisci omnimodam habent incapacitatem acquirendi * & retinendi bona praeter in quibusdam casibus hic per extensum enumeratis a num. 9. usque ad finem. & per Rot. decis. 365. per totam part. 5. recent. Barbof. de univers. jur. Eccles. lib. 3. cap. 27. n. 76. usque ad 81. dixi allegat. 37. n. 9. & 30. & allegat. 47. n. 13. & 14. ubi quod dispensatae in hoc existant Maniales Sanctae Clarae ejusdem Ordinis, & n. 18. lib. 3. Rot. in Romana legat. 18. Februarii 1650. §. neque repugnat, & per totam Cerro. Quam incapacitatem temperat Author hic n. 2. 8. & 26. dummodo fratribus de observantia * ad breve tempus quid modicum in causam alimentorum relinquantur, cui adheret Barbof. de univers. jur. Eccles. lib. 3. cap. 27. sub nu. 75. vers. legat tamen, sed circa istud videntur est Rot. dicta decis. 365. nu. 28. & 29. part. 5. recent. ubi in tantum admittit istud, in quantum in alimenta, seu victum, & vestitum ipsorum cedere non debeat, sed in necessaria cultui divino. Carol. Mallett. in Hierarch. Eccles. militan. lib. 4. part. 6. tit. 10. §. ult. fol. 476. & 477. a quibus nec dissentit Author hic sub n. 28. vers. secus si sit ad alimenta.

Ratio subest optima, quia Minores de observantia Sancti Francisci, ex instituto eorum religionis tenentur quotidie alimenta * mendicare, quinimodo professi in religione capaci bonorum, nec opus est providere de alimentis, ex quo onus istud spectat ad ipsam religionem, hinc nec Equiti Hierosolymitano * indigenti patrono tenetur Ecclesia, seu beneficium pro alimentis Rot. decis. 454. n. 3. part. 2. recent. Sperell. decis. 21. n. 72. Lottier de re benefic. lib. 2. quest. 5. n. 35. & in Neapolitana alimentorum 10. Aprilis 1617. Pirovano.

Qua retenta opinione animadvertendum succedit, quod sicuti minoribus de observantia actio non competit pro consecutione alimentorum ita neque officium iudicis implorari possit, nisi pro elemosyna fabricae, + & aliis necessitatibus Ecclesiae, ut bene declarat Galupp. in prax. part. 1. cap. 5. n. 80. quem secutus sum allegat. 37. nu. 30. ubi

ubi ex errore impressoris Galup. allegatur n. 8. & allegat. 47. num. 18. lib. 3. Rot. in dicta Romana legati 18. Februarii 1650. Cerro.

- 9 Unde cum legatum pro emendis libris, & pro studio relictum minoribus * de observantia nullatenus in ipsorum mendicitatem influat, ideò sustinetur Menoch. *conf.* 1014. n. 38. Rot. dicta *decis.* 365. n. 45. par. 5. *recem.* & concluditur hic nu. 28. seclusa semper dispensatione Apostolicâ superiùs dictâ procedunt maximè quoad Moniales ejusdem Ordinis, erga quas ut plurimum Summi Pontifices † circa earum mendicitatem sublevandam dispensatione concesserunt ex traditis per nos dict. *allegat.* 37. n. 10. & *seq.* & *allegat.* 47. n. 19. & *seq.* lib. 3. & etiam in quibusdam casibus quoad ipsos minores de observantia, ut colligitur ex Rota in dicta Romana legati 18. Februarii 1650. §. nec etiam, & *seq.* Cerro.

CAPUT VI.

SUMMARIUM.

- 1 Fori electio in causis alimentorum locum habet. Declara ut n. 2.
- 3 Hæres unus ex pluribus in solidum convenitur pro alimentis, & de ratione num. 4. & n. 6. Facta tamen solutione per eum habet regressum contra obligatos n. 7.
- 5 Clericus conventus in re individua trahit sæculares ad judicem Ecclesiasticum.
- 8 Dotis causa non gaudet privilegio fori. Limita ut num. 9.
- 10 Judex Ecclesiasticus pendente lite super nullitate matrimonii de alimentis cognoscit.

Ubi agitur de alimentis qualitercumque pauperi debitis fori electio, seu præventio locum obtinet, etiam si quæstio inter sæculares versetur, * nec ulla amplius dubitandi ansa subest, quominus sæcularis, seu Clericus pro consecutione alimentorum contra Lucium coram Ecclesiastico procedere valeant, ut præter hic n. 5. 7. & *seq.* cumulatò comprobant Ciarlin. *contr.* 21. n. 19. & *controv.* 28. nu. 16. & *controv.* 56. n. 7. Dian. *par. 1. tract. de immunitat. resol.* 85. Novar. *de elect. for. quæst.* 51. n. 10. Sperell. *decis.* 138. nu. 110. Joan. Antonell. *de tempor. legal. lib.* 2. cap. 43. n. 24. & 25.

Quæ tamen conclusio recipienda venit cum declaratione ejusdem Authoris sub num. 5. *vers.* fundè, ut procedat quando alimenta * pauperi debentur, quod ex legis dispositione, sed ex testamento ex regula generali, quod in legatis piis intret electio fori latè Barbof. *de offic. & potest. Episcop.* allegat. 82. per totum part. 3. & *de univers. jur. Eccles.* lib. 3. cap. 27. num. 22. 23. & 33. Ciarlin. *dicta controvers.* 21. num. 21. & *controvers.* 28. nu. 18. & *seq.* ubi ampliatur etiam si testator prohibuisset legatum peti in foro Episcopali, & concludit Author hic nu. 21. Novar. *de elect. forens. quæst.* 51. sub numer. 10. *vers.* nam in relictis.

Præsuppositâ veritate illius conclusionis, quod unus ex pluribus hæredibus pro alimentis † pauperi in testamento relictis in solidum conveniri possit. Novar. *de elect. for. quæst.* 44. sub n. 24. *vers.* aliud speciale fol. 209. Hodiern. ad Surd. *dec.* 323. n. 11. alios recensui in addit. ad c. 30. n.

5. Valenzol. *conf.* 197. n. 29. Giurb. *observat.* 19. n. 4. & 17. (ubi tamen) quod onus hæredis effecti non solvendo non accrescat aliis, Baldassar. de Angel. ad Gizzarel. *decis.* 50. n. 4. Olea *de cess. jur. titul. 4. quæst.* 6. nu. 12. & *seq.*

Nec resistit quod Author hic sub nu. 17. *vers.* ergo sane, post alios contrarium sustinere contendat, ex eo quod obligatio præstandi alimenta reputetur dividua; siquidem actionem contra unum ex pluribus obligatis ad præstationem alimentorum deducunt aliunde nimirum, ut consulatur ipsi alimentario pauperi, ne coactus agere contra singulos interim fame pereat, aut à consecutione alimentorum * desistere obstringatur, ut optimè ratiocinatur Franc. *decis.* 203. n. 3. individuitatem actionis insuper desumens ex vita alendi, Joseph. Ludovic. *decis.* Perusina 92. n. 15. ubi istud necessario inductum ratione majoris commoditatis ejusdem alendi, Minsynger. *observat.* 63. n. 1. cent. 1. Cost. *de post. rat. quæst.* 215. sub. nu. 1. *vers.* ob incommoda resultantia ex particulari exactione. Nig. *de execut. rei judic.* cap. 10. §. 4. num. 2. ubi benè explicat Ciarlin. *controv.* 46. n. 52. Hodiern. ad Surd. *dicta decis.* 323. sub n. 12. *vers.* ne ex minutata solutione alimentarius damnum sentiat. Ecce igitur, quod non attenditur, an actio in solidum pro alimentis competat, numve plures obligati ad alimenta in solidum teneantur, sed ut in hac materia adeo privilegiata alendo quantò citiùs consultum præexistat.

Hoc autem retento themate evitatur alia disceptatio, quam examinat hic Author sub dicto num. 17. si inter hæredes adsit Clericus, num iste cum aliis conventus * pro alimentis trahat sæculares ad Ecclesiasticum, quemadmodum faceret, si causa alimentorum esset individua ad tradita per nos *allegat.* 2. n. 2. fol. 47. lib. 1. & *allegat.* 124. n. 19. & 34. lib. 3. & nunc addo Michalor. *de duobus fratribus part.* 3. c. 9. à n. 1. ad 5. Spad. *conf.* 149. per tot. lib. 3. latè Carracciol. *de for. privil. quæst.* 23. ex n. 25. Sperell. *decis.* 19. n. 22. Rot. in Bonon. *fideicommissi de Bargellinis* 24. Novemb. 1651. §. 1. & *seq.* Bichio, quoniam ubi diximus fundamentum conveniendi unum ex pluribus ad refundendum alimenta † pauperi non consistit in individuitate actionis, ac respectivè obligationis illa consequendi, seu refundendi, sed ut faciliùs, opportunè, & sine incommodo alimentarii provideatur, terminis tamen præsuppositis habilibus, quod conveniendi pro alimentis eidem foro subint latè Olea *de cessione jur. tit. 4. quæst.* 6. sub n. 15. *vers.* licet ratione majoris commoditatis. Verum si inter alere debentes * adfuerit Clericus, adhuc Judex sæcularis unum ex laicis in solidum cogere poterit, ut alimenta præstet salvo eidem jure reintegrationis adversus hæredes proportionaliter, Mart. Medic. *decis.* Senen. 38. n. 10. & 11.

Dotis causam de se principaliter consideratam, non esse mixti fori, † sed five de constituenda agatur coram sæculari iudice pertractandam animadvertunt cumlati hic nu. 18. quibus accedit Sperell. *decis.* 1. nu. 16. At si principaliter coram Ecclesiastico circa validitatem matrimonii, aut separationis chori agatur, accessorie autem, incidenter, ac in consequentiam dotis restitutio attingatur, † tunc dubio procul Judex Ecclesiasticus causam matrimonii, simul cum causa restituendæ cognoscit, ut ibidem declarat Auctor dicto num. 18. & *seq.* Sanchez *de matrimon. lib.* 10. *disput.* 8. 15. Cabed. *decis.* 124.

Observationum de Alimentis Caput VII.

124. num. 1. & *decis.* 125. nu. 3. & 4. part. 1. Cæcer. *var. resolut. cap.* 11. n. 169. part. 3. Tondut. *de pension. part.* 2. cap. 23. n. 4. *seq.* & n. 15. ubi pariter Judex Ecclesiasticus pendente lite super nullitate à separatione matrimonii de alimentis * quoque cognoscit. Sperell. *dec.* 1. sub n. 15. *vers.* coram eodem, & ab hac opinione nullatenus recedendum videtur, tametsi præter hic adductos ab Authore n. 18. contrarium ex professo sustineat Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 7. *glos.* 2. part. 10. n. 58. tom. 2. Siquidem eandem sententiam profitentur quoque Antonin. de Marin. *resol.* 349. n. 8. lib. 1. ubi præcisè loquitur de alimentis, & *resol.* 112. n. 2. & *seq.* lib. 2. Camarat. *respons.* 3. n. 28. huc conferunt tradita per Auctorem cap. 7. n. 20. & cap. 8. n. 5. & *seq.* & per nos in annot. ad cap. 15.

CAPUT VII.

SUMMARIUM.

- 1 Fori electionem habent legatarii pauperes, & ad pias causas.
- 2 Episcopus est executor legatorum etiam ad non pias causas, & de ratione n. 3. Exequitur legata etiam anno elapso n. 3. Visitat Hospitalia num. 24. Non visitat Hospitalia subiecta Principibus n. 26.
- 4 Executio legatorum non transit ad Episcopum, nisi transacto tempore per Testatorem præfixo.
- 5 Tempus ad distribuendum legata executoris currit à die aditæ hæreditatis, secundum alios à die notitiæ n. 6.
- 7 Executores de administratis rationem reddere tenentur. Fallit si à Testatore fuerit remissa n. 8. Plures deputati, si unus superstit an exequi possit n. 17. Deputati ad Virgines mariandas possunt distribuere legatum in ingredientiæ Monasterium n. 18.
- 9 Ratio administrationis redditur hæredibus, sive Episcopo n. 10.
- 11 Capella sine auctoritate Episcopi erecta censetur merè laicales. Visitantur per Episcopum, nisi aliud in fundatione caveatur n. 12.
- 14 Jurisdicctio exequendi legata post annum devolvitur ad fabricam S. Petri.
- 15 Religiosi executores Testamentorum relinquuntur.
- 16 Statutum arcens Ecclesiasticos à munere exequendi Testamenta est nullum.
- 19 Legatis mille puella, si fiat religiosa, & decem mille, si nubat, obtinet decem mille, etiam si ingrediatur Monasterium, sed contrarium observatur n. 20.
- 21 Pœna non exequentis legata est amisso emolumento.
- 22 Hospitale laicum præsumitur, maximè si per sæculares regitur num. 23. Ecclesiasticum reputatur erectum cum auctoritate Episcopi numer. 25.
- 27 Regis appellatione quando veniant supremi Principes.

Fori electionem habent legatarii pro relictis in pios usus, & pro alimentis pauperibus * relictis, quemadmodum annotavimus ad præcedens cap. 6. n. 1. & nunc addo Sanchez *consil. moral. lib.* 4. c. 1. dub. 54. n. 4. Barbof. *de univers. jur. Eccles.* lib. 3. cap. 27. num. 22. & *seq.* Melius ad Castillum de Alimentis.

Spad. *conf.* 226. n. 6. lib. 3. Carol. Marant. *respons.* 67. n. 48. & *respons.* 68. n. 1. part. 3.

Sed difficultas magna contingit quoad legata merè temporalia & profana, quæ non dicuntur mixti fori, nec hæredes laici coram Judice Ecclesiastico pro illis conveniri possunt, ut plenè deducit Author supra cap. 6. n. 10. & 11. & hic sub n. 7. *vers.* quod si legata. Cæterum quod Episcopo etiam legata ad non pias causas * exequendi facultas competat admittitur videntur *Glos.* & Doctores in cap. si hæredes de testam. & de communi. Federic. *de Sen. cons.* 111. n. 3. Alex. *consil.* 239. n. 14. lib. 6. Sanchez *consil. moral. lib.* 4. cap. 1. dub. 54. n. 3. & in hanc partem inclinare videtur Leoncil. *de privileg. pauper.* 131. sub n. 15. *vers.* quamvis contrarium ex elem. unic. de testament. ubi cujuslibet ultimæ voluntatis. Genuez. in *prax. Archiepiscop. Cur. Neapolit.* cap. 85. in annot. n. 26. Gratian. *discept.* 395. per totam Rot. in Leopoli. administrationis Hospitalis 15. Maii 1645. Cerro, & apud Tondut. *de pens. decis.* 58. n. 7. *vers.* & propterea, ea ratione quia pium * satis sit exequi voluntates defunctorum. Gutierrez *pract. quæst.* 29. sub n. 14. *vers.* quia id verum. Barbof. *allegat.* 82. sub n. 23. *vers.* ubi etiam. cum quibus transit etiam auctor hic sub n. 2. *vers.* his verò negligentibus, & n. 4. & n. 10. inquit ob negligentiam hæredis, vel executoris ad Episcopum devolvere executionem testamenti, quamvis Testator hoc probaverit, circa quod videnda erunt annotata ad cap. 54.

Anni tempus à jure datum hæredi, seu executori ad exequendam ultimam voluntatem, à quo tempore incipiat, & hæc quæstio transit cum supposito, quod à Testatore præfixum non appareat tempus hæredibus, aut executori ad distribuendum legata, quod principaliter attendi debet; nam nil prohibet quominus Testator dimittere, aut augere valeat tempus legale, & tunc non nisi lapsò * tempore per Testatorem præfixo ad Episcopum executio Testamenti, seu legatorum devolvit. Paris. *consil.* 23. n. 19. lib. 3. Gratian. *discept.* 73. n. 15. & 16. Seraph. *decis.* 1048. num. 4. ubi quando Testator mandat singulo anno aliquid fieri. Gomez ad l. Taur. 33. n. 2. Leoncil. *de privileg. pauper.* 131. n. 9. part. 2. Sanchez *conf. moral. lib.* 4. cap. 1. dub. 51. n. 1. Joan. Carol. Antonell. *de temp. legal. lib.* 2. cap. 36. n. 5.

Unde disceptatio contingit, quando Testator simpliciter legavit, atque executionem legatorum demandavit. Quo sanè casu intrat quæstio à quonam die tempus * ad distribuendum legata executori currat, circa quam alii volunt à die aditæ hæreditatis. Oldrad. *conf.* 108. *versic.* circa secundum in princ. Zuechar. *dec.* Lucen. 17. n. 17. & 18. cum adductis per Sanchez *consil. moral. lib.* 4. cap. 1. dub. 51. nu. 9. Surd. *consil.* 274. n. 17. Alii autem magis communiter, ac melius defendunt * tempus hujusmodi non currere, nisi à die notitiæ. Barbof. *dicta allegat.* 82. n. 18. in fine lib. 3. Sanchez *consil. moral. lib.* 4. cap. 1. dub. 51. n. 10. Joan. Carol. Antonell. *de tempor. legal. lib.* 2. cap. 36. n. 2. Leoncil. *de privileg. pauper.* 131. n. 11. part. 2. & pluribus exornat Auctor hic ex n. 5. usque ad 10.

Quoniam verò executores rationem reddere * de administratis tenentur cap. tua nobis de testam. Rolan. *consil.* 49. n. 6. & per totum lib. 1. Bimius *consil.* 13. n. 32. & 33. & *consil.* 190. n. 1. & 32. Muñoz. *de ratiocin. cap.* 3. n. 18. Cavaler. *dec.* 18. n. 6. alios refert Thomas de executor. ultim.